



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Compendivm Summæ Card. Toleti**

**Minucius, Genesius**

**Sammieli, 1613**

De irregularitate ex delicto hæresis baptismi & ordinis c. 69. 70. 71. 72.  
73. & 74.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41701**

scopus autem, non potest cum Bigamo vero, neque cum interpretatio ad maiores ordines dispensare, ut eas suscipiat, vel in susceptis ministret sed neque ad primam Tonsuram, potest autem cum bigamo factio post longam pœnitentiam, & vitam laudabilem, prius uxore dimissa: ut si sacerdos vel Diaconus aut religiosus professus, uxorem duxisset nā uxore dimissa post longam pœnitentiam Episcopus dispensare poterit ut in ordinibus susceptis ministrent & ad alios promoueatur.

*De Irregularitate ex delicto heresis Baptismi & ordinis. Cap.*

69.70.71.72.73. & 74.

**O**mnis hæretici in hæresim exterius lapsi, & in ea mortui, & eorum fautores, credentes, defensores, & horum filii etiam illegitimi, & nepotes ex linea

paterna irregularares habentur, & in  
hac irregularitate dispensat solus  
Papa. Item qui scienter bis aut  
plures Baptismi sacramentum sus-  
cepérunt, aut alteri contulerunt,  
si hoc est notorium, aut suscipiunt  
ab hereticis in ætate adulta, vel  
usque ad ægritudinem in adulta  
ætate Baptismum ipsum distole-  
runt, irregularares censentur.

Excommunicatus in maiori, a-  
liquem ordinem etiam minorem  
suscipiens, efficitur irregularis,  
nec excusat nisi ignorantia fa-  
cti probabilis. Solus Papa dispen-  
sat in publica, in ea autem quæ ex  
delicto prouenit occulto, etiam  
Episcopi post Concil. Trid. dispen-  
sare possunt. Est etiam irregularis  
qui ordines ab Episcopo qui re-  
nuntiavit Episcopatu, & digni-  
tati: vel à non habente conferen-  
di auctoritatem, vel ab Episcopo  
excommunicato, & qui uno die  
minores cum subdicatione sus-

cepit. Ordines ministrando potest quis multipliciter fieri irregularis, ut si exerceat solemniter ordinem non suscepturn, ut si non subdiaconus epistolam cum Manipulo cantet: Qui solemniter baptizat, qui confessiones audit, vel missam celebrat, cum sacerdos non sit inquit Toletus: ordinatus similiter, & in ma. excommunicatus qui ordines, vel ordinum actus exercet, etiam minorum: quamuis possit horas Can. recitare vel laicus sine Dominus vobiscum. Item suspensus ma. suspensione ab officio, in eisdem ministrans, non ita suspensus à beneficio, tantum. Rursus Regulares professi, qui extra claustra egrediuntur ad audiendas leges, vel medicinam, aut Physicam nisi intra duos menses fuerint reuersi: & extenditur etiam ad Archidiacanos, Plebanos, Propositos, & Presbyteros, idem facientes si hoc sit

notorium denique peccata enormia, & notoria notorietate facti aut iuris inducunt irregularitatem qualia sunt homicidii adulterii, falsum testimonium, simonia, peccatum nefandum.

*De Irregularitate ex homicidio,  
& mutilatione. Cap. 75.76.*

77, & 78.

**I**Regularitas ex homicidio iusto, dicitur irregularitas ex delicto, quæ vero ex homicidio iusto, dicitur irregularitas ex defectu sacramenti, quatenus qui tale admisit exēpla Domini & Dei sui nō imitatur, qui fuit minister pacis, dilectionis, vniōnis, & viuificationis: & ob horroris indecētiam, quam homicidium, & mutilatio p̄f se ferre videntur, ab ordinum ministerio optimo iure arcetur. Ceterum qui mutilant,